

## Ziber

rante sanari infantem. Cochlearū salua illita infantū oculis: palpebras corrigit gignitq;. Ramicosis cochleæ cinis cum thure ex ouī albi succo illitus per dies. xxx. medetur. Inueniūtur in corniculis cochlearū harenaceæ duriciæ. Eæ dentitionē facilem prestant adalligatæ. Cochleæ inanum cinis admixtus cæræ procidentū interaneorū partes extremas prohibet. Oportet autem cineri misceri sanie punctis emissam e cerebro uiperæ. Cerebrum uiperæ illigatum pelliculæ dentitiōes adiuvat. Ad idē ualent & grandissimi dentes serpentū. Fimum corui lana adalligatum infantū tussi medetur. Vix ē serio complecti quædā non omittenda tamen: quia sunt prodita. Ramici infantū lacerta mederi iubent. Marem hanc præhendi. Id intelligi & quod sub cauda unam cauernā habeat. Id agendū ut per aurum aut argentū aut ostrum mordeat uitium. Tum in calice nouo illagatur. & in fimo ponit. Vrina infantium cohibetur muribus elixis in cibo datis. Scarabeorū cornua grandia dēticulata adalligata in iis muleti naturā obtinēt. Bouis capiti lapillum tradūt inesse: quem ab eo expui si necem timeat inopinatis præciso capite exemptū adalligatūq; mire prodesse dentitioni. Item cerebrum eiusdē ad eundem usum adalligari iubent. Et limacis lapillū siue officulum quod inuenitur in dorso. Magnifice iuuat & ouis cerebrum gingiuis illitū. Sicut aures adeps anserinus cū ocimi succo impositus. Sunt uermiculi in spinosis hærbis asperi: lanuginosi. Hos adalligatos protinus mederi tradūt infantibus: si qd ex cibo hæreat. Somnos allicit oesypum cum myrrhæ momento in uini cyathis duobus dilutū: uel cū adipe anserino & uīno myrtite. Auis cuculus leporina pelle dalligatus. Ardeolæ rostrū in pelle asinina fronti adalligatum. Putant & per se rostrū eiusdē effectus esse uino collutū. E diuerso somnum arcet uespertilionis caput aridū adalligatum. In urina uirili lacerta necata uenerem eius q; fecerit cohibet. Nā inter amatoria esse magi dicunt. Inhibet & fimum cochleæ & columbinū cum oleo & uīno potum. Pulmonis uulturini dextræ partes uenerem concitant uiris adalligatæ gruis pelle. Item si lutea ex ouis quinque columbarū admixta adipis suilli denarii pondere ex melle sorbeantur. passeris in cibo uel oua eorū. Gallinacei dexter testis arietina pelle adalligat. Ibicū cineres cū adipe anseris & in uino punctis si conceptus sit: partus continere. Contra inhibere uenerem pugnatoris galli testiculis anserino adipe illitis adalligatisq; pelle arietina tradunt. itē cuiuscūq; galli gallinacei si cū sanguine gallinacei lecto subiiciātur. Cogunt concipere inuitas setæ ex cauda mulæ si inunctis inter se colligētur in coitu. Qui in urinā canis suā ingesserit: dicitur ad uenerē pigrior fieri. Mirū & de stelliois cinere (si uerū est) in linamento inuolutū in sinistra manu uenerē stimulare. Si trāfferatur in dextrā inhibere. Itē uespertiliois sanguinē collectū flocco suppositumq; capiti mulieris libidinē mouere: aut anseris linguā in cibo uel potiōe sumptā. phthiasen a toto corpore pota membrana senectutis anguinum triduo inhibet. Ac serum exēpto caseo potum cum exiguo sale. Caseos in cerebrū mustellæ coagulo addatur: negant corrūpi uetustate: aut a muribus attingi. Eiusdēq; mustellæ cinis si detur in offa gallinaceis pulis & columbinis tutos esse a mustellis. Inuentorū urinae tormina uespertilionis adalligato finiuntur. Vermicatio ter circumlato uerendis palūbo mirum dictū palūbis emissus moritur: iumentūq; liberatur cōfestim. Ebriosis oua noctuæ per triduum data in uino: tedium eius adducūt. Ebrietatē arcet pecudum assus pulmo præsumptus. Hirundinis rostri cinis cum myrrha tritus & in uino quod bibatur dispersus: securos præstabit a temulentia. Inuenit hoc Horus assyriorū Rex. præter hæc sunt notabilia aialium ad hoc uolumen pertinentium. Gromphenā auem in sardinia narrant grui similē ignotā iā etiam sardis: ut existimo. In eadem puincia est ophion ceruis tantū pilo similis: nec alibi nascēs. lidē auctores nominauere sirulugum. Quod nec quale esset animal: nec ubi nasceretur tradiderūt. Fuisse quidem non dubito: cum & medicinæ ex eo sint demonstratæ. M. Cicero tradit animalia bituros uocari: qui uites in campaniæ rodant.

### De miraculis quarundam bestiarum. Cap. vi.

**R**eliqua mirabilia ex iis quoq; dicemus. Non latrari a cane membranā ex secundis canis habentē: aut leporis fimum uel pilos tenentem. In culicum genere muliones non amplius quā uno die uiuere. Eosq; qui arborarii picis rostrum habeāt: & mella eximant: ab apibus nō attingi. porcos sequi eos a quibus cerebrum corui acceperint in offa. puluerē in quo se mula uolutauerit corpori inpersum mitigare ardores amoris. Sorices fugari si unus castratus emittatur. Anguina pelle & sale & farre cum serpillo contritis uno die: deiectisq; cum uino in fauces bouum una maturascere: toto aīno eos ualere. Vel si hirundinum pulli tres tribus offis dentur. puluere e uestigio anguim collecto: sparsas apes in aluearia reuerti. Arietis dextro teste præligato oues tantum gigni. Nō lassescere in ullo labore qui neruos ex alias & cruribus gruis habeant. Multas non calcitrare cum uinū biberint. Ungulas tantum mularum repertas: neq; aliam ullam materiam quæ non perroderetur a ueneno stygis aquæ: cum id dandū Alexandro Magno Antipater mitteret memoria dignum est: magna Aristotelis infamia excogitatum. Nunc ad aquatilia reuertemur.